



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 43. S. Chrysostomus Cæsareæ male habetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. possent, quod perditissimis denegari non
 A. C. 404. soleret, ut in locum exilii minus hor-
 dum transferantur.

§. XLIII.

*S. Chrysostomus Cæsareæ male
 habetur.*

*Ep. 13. ad
 Olymp.*

Modicam quietem, qua S. Joannes Ca-
 sareæ fruebatur, brevi Episcopi Pha-
 retrii nequitia turbavit. Is veniens
 S. Episcopo obvios miserat, qui suo No-
 mine salutem ferrent, indicarent ipsius
 desiderium Collegam amplectendi, & o-
 mnia charitatis officia promitterent.
 S. Chrysostomus, non ignarus, Pha-
 trium suæ condemnationi per litteras
 subscripsisse, nulla ab eo sperabat
 quia; id tamen coram iis, quos ille mi-
 serat, dissimulavit. Cæsaream pervenit
 tertiana vehementissime æstuans, & lon-
 gæ viæ malis fractus. Statim misit, qui
 Medicos advocarent, venerunt illi, &
 simul cum iis omnes Clerici, populus,
 Monachi, Moniales; omnes Episcopo
 servire, & auxilium ægro afferre ambie-
 bant. Omnibus carus, quotidie a viris
 illius Civitatis spectatissimis, a Magistra-
 tibus, a Sophistis invisebatur. Pha-
 trium invidia ussit, solus hospitem coram
 non salutavit, sed expectabat ejus abi-
 tum, qui sentiens vim morbi remississe,
 iter Cucufam perficere cogitabat.

Interim

Interim affertur subito nuncium, I-Sæculum V.
 faurorum multitudinem innumerabilem A. C. 404.
 per agros Cæsarienses grassari, & valido
 oppido ignes subjecisse. Illico Tribu-
 nus cum copiis, quas habebat, egredi-
 tur, timens, ne ipsam invadere Civita-
 tem auderent. Omnes intra moenia pa-
 vor occupaverat; Senes quoque ad mu-
 rorum custodiam ascendebant. In hac
 trepidatione Monachorum cohors sub
 diluculum S. Joannis Diversorium circum-
 stat, minantur, flammam domui injectu-
 ros, nisi discederet. Tantus erat homi-
 num istorum furor, ut & milites sibi ti-
 merent, nam his quoque minabantur, se
 jactantes, pridem milites prætorianos a
 se victos. Hi ergo ad S. Chrysostomum
 recurrunt, obtestantur, ut iter ingrede-
 retur, dicebant enim; *Etiam si metuen-
 dum, ne in manus Isaurorum incidamus,
 modo a Belluarum istarum rabie nos libe-
 ra.* Tumultu comperto Civitatis Præ-
 fectus ad hanc domum appropinquat; ve-
 rum Monachi monentem non audiebant,
 videbatque, si vim pararet, se viribus in-
 feriores. In hoc discrimine, mittit ad
 Pharetrium, qui rogarent, ut paucos dies
 concederet Episcopo ægrotanti, & ob I-
 saurorum imminens periculum pavido.
 Omnia frustra. Altera luce adsunt ite-
 rum Monachi multo quam pridie fero-
 ciores. Nullus ex Presbyteris Civita-

Sæculum V.

A. C. 408.

tis quidquam in auxilium S. Joannis me-
vere audebat, quod scirent, Monachi
jubente Pharetrio hæc moliri; pudor e-
tiam vocatos ad eum venire vetabat.

Ergo S. Joannes abire statuit; lecti-
cam conscendit meridiano calore, & fe-
bri vexatus, coram toto populo ingem-
scente, & ærumnosissimæ fugæ auctori
maledicente. Urbe egressum aliqui ex
Clericis sine strepitu secuti sunt, ut Epis-
copum comitarentur, cumque alii dice-
rent: *Vos virum in certam necem mitti-
tis*, unus ex eis, S. Chrysostomo caris-
simus, respondit: *Ite, obsecro! subite
periculum, quod ab Isauris timetis; totum
hanc Civitatem fugite!* Seleucus
Rufini, viri celeberrimi, vidua, hæc
dens, S. Joannem Chrysostomum roga-
vit, ut in domum, quam milliariis quin-
que a Civitate distitam habebat, se reci-
peret. Misit ex domesticis aliquos, qui
Sanctum deducerent, atque ipse optimæ
mulieris oblato Beneficio usus est. Id
ubi Pharetrio relatum, pessima huic Ma-
tronæ minatus est. Illa S. Chrysosto-
mum rem ignorare voluit, & ad domum
suæ œconomum misit mandata, ut omne
auxilii genus S. Viro exhiberet, si autem
Monachi incurrerent, & tumultuaren-
tur, ex vicinis suis prædiis collectis a-
gricolis insolentes repelleret. Tum
S. Chrysostomo suavit, ut in aliud, quod
possi-

S. Chrysost.
fuga.

possidebat, prædium, arce munitum, & Sæculum V.
quod levi negotio capi non posset, con- A. C. 404.
cederet; sed ipse noluit, nesciens, quid
futurum esset.

Interim Pharetrius bonam foeminam
minis atrocibus terreat; cum igitur re-
sistere non posset, & quod res erat, fa-
teri erubesceret, jussit media nocte nun-
ciari, imminere Isauros. Evethius Pres-
byter cubiculum intrat, & S. Chrysosto-
mum e somno suscitatur, clamans: *Surge,*
obsecro! appropinquant Barbari. Epis-
copus: *Quid faciendum? ad Civitatem*
confugere non possumus, pejus esset ma-
lum! Presbyter: *Exeamus hinc.* Ita-
que iter ingrediuntur per noctis illunis
spississimas tenebras. Cereos accendi
Episcopus jussit, at Evethius extingui
voluit, ne Barbari fulgorem sequerentur.
Dum per viam asperam, & saxi impedi-
tam, muli ascendunt, unus eorum colla-
psus, suo casu lecticam evertit; prore-
psit S. Chrysostomus, & Evethius equo
desiliens, ingredientem sustentavit, at-
que, ut poterat, febris exhaustum, & Bar-
barorum timore turbatum, traxit. Hæc
fuit S. Joannis ex Cæsarea in Cappado-
cia profectio.

§. XLIV.

S. Chrysostomus Cucufam advenit.

Tandem Cucufam pervenit, confecto *Ep. 48. Bryf.*
X 5 itinere *ep. 12. al. 13.*
ad Olymp.